

gratissima, the Avocado pear of the West Indies, at present in flower in the garden; *Aloe umbellata*, in flower; and *Weigelia rosea*, a hardy shrub, recently introduced from China, in flower.

Mr. Evans exhibited flowering specimens of the following plants from the Caledonian Horticultural Society's garden:—*Schivereckia podolica*; *Rubus arcticus*; *Androsace villosa*; *Veronica repens*; a curious variety of *Athyrium filix-fœmina* from Braemar; *Woodsia Ilvensis*; and a fine plant of *Paris quadrifolia*, from Arniston woods near Edinburgh.

MISCELLANEOUS.

Capnodium, novum Fungorum genus. Auctore C. MONTAGNE, D.M.

Peridium carnosum, polymorphum, lageniforme, clavatum aut ceranoideum, e duplici strato formatum, exteriori scilicet colorato celluloso, cellulis subirregularibus penta-hexagonis, parallelogrammis (in ostiolo) linearibusque, interiori mucilagineo hyalino fere anhisto, apice irregulariter rumpens, interdum ore fimbriatum. Nucleus gelatinosus. Sporidia subsena, oblonga, transversim triseptata tandem septis longitudinalibus subeuntibus cellulosa, fuscescentia, ascis late obovoideis vel clavatis, mox diffluenti-resorptis inclusæ.

Thallus superficialis, libere evolutus, nigrescens e floccis brevibus contortis ramosis, moniliformibus aut cylindricis articulatis fuscis dense intricatis compositus.—In Australia, America boreali, Gallia australi et media (ad Versalias) fructiferum inventum.—Locus in systemate prope *Antennariam*. Affinitates. Habitus *Antennariæ*, at *Scoriæ*, Fr. magis affine, cum et in hac nuperrime ascos inveni. Hinc inter *Gliotrichum* et *Scoriam* nulla adest analogia; similitudinem quamdam, saltem ab aspectus judicio, cum *Synalissa* habet. *Asterina* et *Meliola*, quæ *Capnodio* magis affines, in serie diversa, differunt, prima autem floccis seu fibrillis folio matricive applicatis nec liberis, nec erectis, ultima vero fibris setisve rigidis simplicibus longissimis, quibus horrent perithecia, quas perperam pro ostiolis aliqui habuerunt, utraque tandem ascis oligospermis, ut formam perithecorum globosam præteream. Quoad collum peridii elongatum, filii aut corniforme, interdum ore fimbriatum, ut et morphosim sporidiorum hoc nostrum genus a *Melanospora*, Corda, haud multum distare videtur.

Typus generis *Capnodii*, *Fumago Citri*, Turpin, Mém. de Nosol. Végét. in Mém. Ac. Sc. de Paris, sav. étr. tom. vi. p. 240 cum icone, sed fructif. non intellecta nec visa. Ascos observavi in specie affini (*C. salicinum*) ad folia *Salicum* e sect. Cinerella, in Helvetia (d. Rofavier) necnon circa Parisios (cl. Durieu) lecta.

PODISOMA FUSCUM.

There is a small group of Fungi, consisting of the two genera *Podisoma* and *Gymnosporangium*, and occurring only on different species of Juniper, which, in outward aspect, resemble exactly the gelatinous masses of certain *Tremella*, though in point of fact nearly